

**Petronius** – *Satyricon libri, Cena Trimalchionis* 61,5 – 62, 14

Cum adhuc servirem, habitabamus in vico angusto; nunc Gavillae domus est. Ibi, quomodo di volunt, amare coepi uxorem Terentii coponis: noveratis Melissam Tarentinam, pulcherrimum bacciballum. Sed ego non, mehercules, corporaliter illam aut propter res Venerias curavi, sed magis quod benemoria fuit. Si quid ab illa petii, numquam mihi negatum - fecit. Assem, semissem habui, in illius sinum demandavi, nec umquam fefellit sum. Huius contubernalis ad villam supremum diem obiit. Itaque per scutum per ocream egi, aginavi, quemadmodum ad illam pervenirem: scitis autem, in angustiis amici apparent. Forte dominus Capuae exierat ad scruta scita expedienda. Nactus ego occasionem persuadeo hospitem nostrum, ut mecum ad quintum miliarium veniat. Erat autem miles, fortis tamquam Orcus. Apoculamus nos circa gallicinia, luna lucebat tamquam meridie. Venimus inter monimenta: homo meus coepit ad stelas facere, sed ego pergo cantabundus et stelas numero. Deinde ut respexi ad comitem, ille exiit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. Mihi anima in naso esse, stabam tamquam mortuus. At ille circumminxit vestimenta sua et subito lupus factus est. Nolite me iocari putare; ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio. Sed, quod coeperam dicere, postquam lupus factus est, ululare coepit et in

**cum + conj. impf.** – *cum historicum* („když jsem byl ještě otrokem“)  
**vīcus, ī, m.** = čtvrt, část města, ulice  
**angustus, a, um** = úzký  
**Gavilla** – vlastní jméno člověka známého účastníkům hostiny  
**cōpō** (= caupō), ōnis, m. = hospodský  
**nōverātis** – plpf. od nōscō, ere, nōvī, nōtum = znát  
**Tarentīnam** – „z Tarentu“, původně řecké město (dn. Taranto) v Apulii, v jižní Itálii  
**bacciballum, ī, n.** – slovo nejasného významu; zřejmě něco ve smyslu: buclatý, kulatoučký  
**corporālīter** < corpus, oris, n. = tělo  
**Venerius, a, um** < Venus, eris, f.  
**magis** = spíše  
**benemōrius, a, um** < bene + mōs, mōris, m.  
**sī quid** = „si aliquid“  
**negātum** – doplně *est*, **fēcīt** – doplně *illa (Melissa)*  
**Assem, semissem habui** – chápeme jako podměnkovou větu: *sī .. habui...*; as, assis, m. byla bronzová (či měděná) mince užívaná za republiky i za císařství; sēmis, missis, m. = *dimidia pars assis*  
**sinus, ūs, m.** = klín, záhyb na oděvu, kapsa  
**dēmandō, āre, āvī, ātum** = *pōnere, impōnere*  
**fefellitūsum** < fallō, ere, fefellī, (falsum) = klamat – vypravěč zde vytvořil neexistující tvar pf. pas. podle tvaru pf. akt.  
**contubernālis ad villam** – contubernālis, is, c. = druh, kamarád (původně ve vojsku) – zde je zřejmě myšlen manžel (druh) oně ženy, který byl také otrok a za svého pána vedl hospodu (zde: *villa*), v níž také zemřel.  
**suprēmum diem obiit** – „završil svůj poslední den“, eufemisticky „zemřel“  
**per scūtum, per ocream** – scūtum, ī, n. = štít; ocrea, ae, f. = chránič holeně; jedná se o úsloví, zhruba ve smyslu: „horem dolem jsem se snažil“, „zuby nehty jsem se snažil“, „dělal jsem, co jsem mohl“  
**ēgi, agināvī** – agō, ere, ēgī, āctum + aginō, āre, āvī = otáčet se, točit se (opět jako součást předchozího rčení: „dělal jsem, co se dalo“, „všemi pákami jsem se snažil o...“  
**quemadmodum** = *ut*; následuje snahová věta: „abych se k ní dostal“  
**in angustiis amici apparent** – „v nouzi poznáš přítele“ (ironicky)  
**Capuae = Capuam; exierat** – plpf. od exeō, ire, īi, itum (místo *exiit Capuam* zde máme *exierat Capuae*, dosl. vyšel a stále byl pryč, v Kapui)  
**scrūta, ōrum, n.** = trestky, haraburdí  
**scītus, a, um** = zde: dobrý, jakostní, skvělý (*oxymoron*)  
**nancīscor, nancīscī, nactus / nāctus sum** = získat  
**persuādeō** – nemá zde obvyklou vazbu s dativem  
**mīliārium, īi, n.** = milník (kámen na cestě)  
**ut ... veniat** – VV snahová „aby se mnou šel“  
**Orcus = Plūtō**, „čert“, „dábel“  
**apoculō, āre** = (téměř doslova) „vyprdelit se“, tj. „vypravit se na cestu“ (cūlus, ī, m. = zadek)  
**gallicinium, īi, n.** = „kuropění“, podle Římanů asi dvě hodiny po půlnoci  
**monumentum (monimentum), ī, n.** (< moneō) – něco, co upomíná: „památník“, „pomník“, „hrob“; hroby se nacházely podél cest do/z města  
**homo meus = miles ille**  
**stēla, ae, f.** = náhrobní kámen  
**ad stēlas facere = mingo, ere, mīnxī, mīnctum / mictum apud stēlas**  
**pergō, ere, perrēxī, perrēctum** = pokračovat  
**cantābundus, a, um** = „zpíváje si“, „s písní na rtech“  
**ut respēxī (ad) comitem** – časová věta („když jsem se otočil na...“)  
**comes, itis, c.** = společník, společnice  
**exuō, ere, uī, ūtum** = svléknout  
**secundum** = podél  
**esse** – vyprávěcí, historický infinitiv = *fuit*, „byl jsem blízko smrti“  
**at** – posunutí děje spíše než odporovací vyjádření  
**circumminxit** – viz výše  
**subitō** = náhle, najednou  
**iocor, āri, ātus sum** = žertovat  
**Nolite mē iocārī putāre** = „Nemyslete si, že žertuji.“  
**nullius** – doplňte *hominis*  
**patrimōnium, īi, n.** = dědictví  
**tantī faciō** = „si natolik vážím“; **tantī** je genitiv ceny  
**ut mentiar** – VV účinková: „abych lhal“  
**mentior, tīrī, tītus sum** = lhát  
**quod coeperam dicere** – „ale abych se vrátil k tomu, co jsem začal vyprávět“; **coeperam** – ind. plpf.

silvas fugit. Ego primitus nesciebam, ubi essem, deinde accessi, ut vestimenta eius tollerem: illa autem lapidea facta sunt! Qui mori timore nisi ego? Gladium tamen strinxi et *matauitatau* umbras cecidi, donec ad villam amicae meae pervenirem. In larvam intravi, paene animam ebullivi, sudor mihi per bifurcum volabat, oculi mortui, vix umquam refectus sum. Melissa mea mirari coepit, quod tam sero ambularem, et "si ante" inquit "venisses, saltem nobis adiutasses; lupus enim villam intravit et omnia pecora cecidit: tamquam lanius sanguinem illis misit. Nec tamen derisit, etiamsi fugit; servus enim noster lancea collum eius traiecit". Haec ut audivi, operire oculos amplius non potui, sed luce clara domum fugi tamquam copo compilatus, et postquam veni in illum locum, in quo lapidea vestimenta erant facta, nihil inveni nisi sanguinem. Ut vero domum veni, iacebat miles meus in lecto tamquam bovis, et collum illius medicus curabat. Intellexi illum versipellem esse, nec postea cum illo panem gustare potui, non, si me occidisses. Viderint alii, quid de hoc exopinissent; ego si mentior, genios vestros iratos habeam.



**ululō, āre, āvī, ātum** = výt  
**primitus** = nejdříve  
**ubi essem** – nepřímá otázka s konj. impf. po čase vedlejším v HV  
**accēdo, ere, cessī, cessum** = přistoupit  
**ut ... tollerem** – VV účelová („abych sebral jeho oblečení“)  
**tollō, ere, sustulī, sublātum** – zdvihnout, zvednout  
**lapideus, a, um** < lapis, idis, m.  
**quī** = *quis*  
**morī** – opět vyprávěcí, historický infinitiv = nejspíše *mortuus esset*, „kdo by nebyl umřel strachy, natož já?“  
**stringō, ere, strīnxī, strictum** = tasit (meč)  
**matauitatau** – nejasné slovo, zřejmě jakési zaklínadlo ve smyslu „abrakadabra“  
**caedō, ere, cecidī, caesum** = sekat, bít  
**donec ... pervenirem** – časová věta „dokud jsem nedorazil“  
**in larvam** = *ut larva*  
**larva, ae, f.** = duch, strašidlo  
**ēbulliō, ire, īvī / ī** = vydechnout  
**sūdor, ōris, m.** = pot  
**bifurcum, ī, n.** – doslova „dvojvidlice“, tedy určitá část těla, kde dochází k rozbočení na dvě větve... :)  
**vix umquam refectus sum** – „sotva jsem se z toho kdy vzpamatoval“  
**reficiō, ere fecī, fectum** = obnovit, znovu něčemu dodat sílu  
**mīror, āri, ātus sum** = divit se  
**quod ... ambularem** – konjunktivní obsahová věta s *quod* po sl. *mīrārī*  
**adiūtō, āre, āvī, ātum** = pomáhat; zde místo obvyklé vazby s akuzativem stojí dativ (nōbis); = *adiuvāre*  
**sī vēnissēs ... adiūtāssēs** – podmínkové souvětí irrealné v minulosti – „kdybys byl přišel dříve, byl bys nám pomohl...“  
**pecus, pecoris, n.** – ovce, dobytek  
**cecidit** – viz výše – „pozabíjel“  
**lanius, ī, m.** = řezník  
**dērideō, ēre, rīsi, rīsum** = vysmívat se někomu  
**etiāmsī** – přípustková spojka „třebaže“  
**fugiō, ere, fugi, fugitūrus** = utíkat, prchat  
**lancea, ae, f.** = kopí, bodec  
**trāiciō (trānsiciō), ere, iēcī, iectum** = probodnout, propíchnout  
**ut haec audīvī** – VV časová – „jakmile jsem to uslyšel“  
**operiō, ire, operuī, opertum** = zakrývat  
**operire oculōs amplius nōn potuī** – doslova: „nemohl jsem již déle udržet oči zavřené“, tj. „nemohl jsem dále spát“  
**lūx, lūcis, f.** = světlo  
**lūce clārā** – ablativ časový – „když nastal jasný den“  
**domum** = domů  
**compilō, āre, āvī, ātum** = zmlátit, ztlouci  
**cōpō** – viz výše; „zbitý hostinský“ (zřejmě odkaz na jakési tehdy známé vyprávění); zhruba jako české „jako spráskaný pes“  
**erant facta** – ind. plpf. – děj, který se odehrál již předtím v minulosti  
**ut ... vēnī** – srovnajte výše s *ut audīvī*  
**bōs, bovis, c.** = vůl, kráva; vypravěč použil špatnou podobu nominativu, zaměnil ji s genitivem  
**intellegō, ere, lēxī, lēctum** = chápat  
**versipellis, e** (< versō, āre, āvī, ātum = otočit, obrátit + pellis, is, f. = kůže) = ten, který mění kůži; vlkodlak  
**occidō, ere, cidī, cisum** = zabít  
**nec postea cum illō pānem gustāre potuī, nōn, sī mē occidissēs** – smíšené podmínkové souvětí – „I kdybys mě zabil (irrealita), už bych si s ním znovu chleba nedal (reálná jistota), nene!“  
**Viderint** – ind. fut. II; futurum II se zde platností téměř blíží imperativu („ať se ostatní podívají, zamyslí se, co o tom soudí“)  
**exopinissō, āre** = mít na něco názor, myslet si; specifická Petroniova konstrukce slovesa opīnō, āre s řeckou příponou – idzō (issō); konjunktiv v nepřímé otázce  
**sī ... mentior ... habeam** – smíšené podm. souvětí – „Pokud lžu, ať se na mě rozzlobí (vybízející konjunktiv)...“  
**genius, ī, m.** – ochranné božstvo každého muže, jeho vnitřní ochranná síla